

neste nominari nequeunt, inhonestissima. unius tamen 3  
 M. Catonis ingenium versutum loquax callidum haud  
 contemno. parantur haec disciplina Graecorum. sed  
 virtus vigilantia labor apud Graecos nulla sunt. quippe  
 qui domi libertatem suam per inertiam amiserint, cen- 5  
 sesne eorum praeceptis imperium haberi posse? reliqui 4  
 de factione sunt inertissimi nobiles, in quibus sicut in  
 titulo praeter bonum nomen nihil est additamenti.  
 L. Postumii M. Favonii mihi videntur quasi magnae  
 navis supervacuanea onera esse: ubi salvi pervenere, 10  
 usui sunt; si quid adversi coortum est, de illeis potis-  
 simum iactura fit, quia pretii minimi sunt.

10. Nunc quoniam, sicut mihi videor, de plebe reno- 1  
 vanda conrigendaque satis disserui, de senatu quae  
 tibi agenda videntur, dicam. postquam mihi aetas in- 2  
 geniumque adolevit, haud ferme armis atque equis 16  
 corpus exercui, sed animum in litteris agitavi: quod  
 natura firmitus erat, id in laboribus habui. atque ego 3  
 in ea vita multa legendo atque audiendo ita comperi,  
 omnia regna, item civitates et nationes usque eo prospere 20  
 imperium habuisse, dum apud eos vera consilia  
 valuerunt: ubicumque gratia timor voluptas ea corru-  
 pere, post paulo inminutae opes, deinde ademptum  
 imperium, postremo servitus imposita est. equidem ego 4  
 sic apud animum meum statuo: cuicumque in sua civi- 25  
 tate amplior inlustriorque locus quam aliis est, ei magnam  
 curam esse rei publicae. nam ceteris salva urbe tantum 5  
 modo libertas tuta est: qui per virtutem sibi divitias